



VI.

# REGNUM MORTUORUM.

Dro. I.

---

## *Politica Mortuorum Colloquia.*

---

Klyslum-Meum.-Die Martis 23. Jan. 1810. (Neov. 1. Jan. 1810.)

---

Eripuit Nemesis ensem e manu Justitiae terve  
minans in quos; transivit, et jam — non  
erat. —

*Claud. de vind.*

*Colloquentes Umbrae:*

*Nemesis, — Justitia.*

**N**emesis. Salve Dea Justitia! dignam invidia conditionem tuam celebrare lubet. — Postquam bellorum ærumnæ longe late que lætitiâ, rectumque rerum ordinem pervertissent, tum demum compares cum omni fulgore tuo, & tum — ab improbis quoque amaris, — huc ergo ensem & bilancem illam tuam — ante excerpta ex Clarissimi Montisquieu, Politicorum omnium facile principia, opere quædam de durabilitate Monarchiæ Universalis in apriam proferam; quam amplas, quibus Germania gaudere potest, spes adumbraro, ita sonant:

„Ludovico XIV vitio dabatur: quod consilium condenda universalis Monarchiæ animo agitarit; Majus infortunium eum, ditiones ejus hæreditarias, domumque ejus tange-

re nequisset, si id ei successisset; verum qui emolumenta hominum penare optime novit, Deus, melius ei consuluit cladibus, quam vicioris fieri potuisset.

Status Monarchicus medioeriter magnus sit oportet, quippe si nimis extensus sit, metuendum est, ne conspicui Dynastæ, remotas provincias moderantes, perque prærogativas politicas, mores & consuetudines adversum violentiam tuti, demum obligationis suæ de integro se subducant, seque libertati afferant, hæc ratio est, quod Carolus ille Magnus monarchiam vix condiderit, jam eam rursus dividere debuisset; sit jam vero; vicarios provinciarum animo destitui obsequium præstandi, aut, ad eos in freno continendos, e re visum esse, monarchiam in plures partes dividere.

Ita prorsus accidit post fata Alexandri Macedonis. — Ut etiam fieri potuisset, ut Græci, Macedonesque potentes, ipsi liberi aut Duces victricium Alexandri Copiarum, facili negotio ad obsequium perduci possent?

Eadem Imperii Attiliani sors & vicissitudo fuit. Reges, qui eo extincto vinculis solutos se existimarunt, novam subeundi servitutem animum non habuere, quoque fieri licuit, ocius jugum cervicibus suis impostum deiecere. —

*Just.* Quare ista omnia? —

*Nov.* Ut tibi demonstrarem: Monarchiam universalem, cujus tam multi meminere, verum fantoma & chimæricum conceptum

fore; interim fatendum: hodie in Europæ Continente veram Universalem politicam vigere. Non adimit ea quidem Statibus politicam suam existentiam, dominatur in hac orbis parte nequaquam uno imperio Civili, veram connectit quosvis Status ad communem finem, & in hujusratione dominatur. — quæpiam novitates ex mundo superiore advenere, quas, sis, dispiciamus. —

*Londino 19. Dec.* Die 13. h. omnes ministri legatum Persicum adiere, die 20. solemnem ad regem accessum habebit. Interim pro more aulico Persico, publico conspectui se exhibere ei non licet, antequam Creden- tiales regi porrexerit. — Legatus hic nobilem & notabilem vultum præsefert, mitis mansuetusque videtur. Familia gaudet, quæ in Persia numerosa nequaquam habetur; etenim 60 non plures liberos censet, quod vero admiratu dignum videtur est; senos uno eodemque sibi natos ex iis fuisse.

Numerus impopulationis sub sceptro M. Britannicæ seqv. præbet consecraria: Anglicanæ ditiones in Europa (puta: Anglia, Scotia & Hybernia, Gibraltaria &c.) numerant 16,531,000 Incolas. Colonis Anglicanæ, & bello occupatæ ditiones in Indiis orient. continent 47,000,000 animarum; e quibus vix 2 millio Europæorum, universim igitur 63,531,000 Incolæ, — qui Britannico parent sceptro. Promont. Bonæ spei 70,000, Canada 195,000 Terra Nova 25000, Jamaica 353,000, Colonia N. Hollandia 6467 Incolarum complectitur.



Sequens ex officio scriptus est articulus intuitu alterationum Angliam inter, atque Americanos Status.

*Neo-Eboraco 16. Nov.* Comperimus decursu commercii litterarum, quod D. Secretarium inter Status, & D. Jackson locum habebat, potestatem contendisse: litteras D. Canning ad D. Erskine de 23. Jan. unicis fuisse, quæ Domino Erskine conditiones præscribere, sub quæ is cum Americanis amicam Conventionem ineundam haberet. — D. Smith in responso suo Dominum Jackson certum fecit: nullam: id genus declarationem regimen percepisse, addidique: si litteræ illæ mox conclusi Tractatus tempore communicatæ fuissent, si notum fuisset, contentas iis conditiones unicis fore, secundum quas D. Erskine Conventionem ineundi potestatem habuit, Conventionem locum neququam habituram fuisse; responsum D. Jackson ad has litteras duriore adhuc ratione repetebat dictam asseverationem, proin, ad evitandas, quibus hac ratione abutebantur, occasiones nihil reliquum erat, quam D. Jackson certiore facere; (prout id D. Smith resposse præstitit) ex hoc tempore commercium litterarum cum eo abrupti, necessitatem inittæ consilii hujus ad notitiam regiminis ejus deferendam fore, ea addita certitudine: regimen foed. Statuum pronum esse: cuius, quod utriusque nationis rationem Status afficit, commercio litterarum animum adaccommodare, ut primum id per legatum Dno. Jackson surrogatum initum fuerit.

*Londino 26. Dec.* Ex Hispania scribitur, Junta Hispalensis nuncium accepisse, ab adventu novi Governoris, D. Barth. nobblli de Cinerat Concordiam animorum inter Colonias Montevideo, & Buenos Ayres omnino restitutam esse.

Ephemerides: Morning Chronicle, ajunt: Officiose notam reddimus abruptionem tractatum Angliam inter, & Confoederatos Americæ status.

Novissimis his diebus ex Gallia Austriacus Status Tabellarius Londinum advenit, & ad Morlaix (Morleum) Commissarii missi sunt, qui Captivos permutent. Nunc fert, eundem hunc Tabellarium quædam, ad pacem Anglos inter, & Gallos pertinencia, attulisse.

Persæ minus sunt tolerantes nobis. Cum Persicus Legatus audiisset, per tubos, qui ad ejus hospitium aquam deferunt, etiam vicinis ædibus aquam communcari, eos rescindi curavit, non aliter hæc excusari potest, quam quod is eandem cum Christianis aquam bibere nolit.

*Florentia 22. Dec.* Assidua Junius mensis pluvia fluvius Arnus vehementer increvit, & extra ripas egressus omnia late in vastitatem redigit. Advehit is ruinas domorum, Arbores, pecora, Urbis adeo nostræ magna pars in aquis stat. Ab anno 1757 tam magnam exundationem non habuimus.

## BIOGRAPHIA.

*Nemesis.* Filia noctis — humiliat illa arrogantiam, & insolentiam mortalium, affectusque poenales coerces, quodvis convictum arguit, & vice versa virtutem justitiæ proemio afficit. — Quare reverenti ratione ea colebatur, cum severitatem exeruerit, & irrefragabilem sententiam tulerit. — Ita factum: ut insolentiam Persarum puniret, qui Græciam invadentes trophæa marmorea erexerant, eosque in Campis Marathonis hostibus suis prædas fecit. — Cum detrectare Jovis amplexus vellet, se in formam Anseris mutaverat, at is eam, figuram Cygni assumendo delusit. Ex ovo transmutatæ Nemeseos prodiit Helena, quam Leda in filiam adoptavit. Exhibetur imagines Corona redimitæ matronæ, altera manu quercinum ramum, altera bilancem tenens, sit nonnunquam: ut froenum, & mensuram ulnas indicantem in manibus tenens representetur.

*Justitia.* Allegoricum numen sub imagine Astrææ, aut Themidis exhibetur. — Una manu stateram, alia sceptrum tenet — tardiore ævo picta visitur oculis ligatis, libra una, altera ense tenens.